

Anhang

Papst Bonifaz VIII. erklärt auf Bitten König Jakobs II. von Aragón, dass die Dozenten und Studenten in der von ihm geplanten Universität dieselben Rechte genießen sollen, die von päpstlicher Seite den Mitgliedern der Universität in Toulouse verliehen worden sind.

Rom (Peterskirche), 1297 April 1

BONIFATIUS (VIII) episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio (nostro *eradiert*) Iacobo regi Aragonie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Cedit nobis ad gaudium multaque cor nostrum exultatione reficitur, cum circa illa te perpendimus fore sollicitum et attentum per que redaris altissimo placidus et hominibus gratosus. Cum itaque sicut ex regia relatione didicimus tu in aliqua civitate vel loco insigni terre tue quem ad hoc magis aptum congnoveris, intendas litterarum studium instituere generale. Nos attendentes uberes fructus qui ex huiusmodi studio in provectione multorum in eo studentium poterunt provenire et per hoc laudabile tuum in hac parte propositum prosecui, condignis favoribus intendentes regiis supplicationibus inclinati volumus et presentium tenore decernimus ut postquam prefatum studium in huiusmodi civitate vel loco fuerit institutum, universitas doctorum et scolarium eidem studio insistentium illis privilegiis indulgentiis libertatibus et immunitatibus gaudeant, que Tholose litterarum studio immorantibus a sede apostolica hactenus sunt concessa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno Tertio.

Barcelona, Archivo de la Corona de Aragón, Cancillería, Bulas, leg. 21, Nr. 11. *Exstat filum sericum, bulla deperdita. R e c t o, in medio margine sup.: cor (duabus lineolis obliquis signatum, erasum) super plicam ad d.: Io. Ni. sub plica ad s. taxa: tres lineolae in linea (= III) | Iac. boc. A t e r g o, in angulo sup. s.: l in medio margine sup.: + Ar. de Cruscadis + et infra: I*